

Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. XI.

1889.

Inhalt: 60. Epistola Leonis XIII. de scriptis et erroribus Rosminianis ad Archiep. Mediolanensem. — 61. Allocutio Leonis XIII. habita in Consist. die 11. Febr. 1889. — 62. Allocutio Leonis XIII. habita in Consist. die 24. Maii 1889. — 63. Litterae S. Cong. S. R. U. Inquisitionis quoad particulas ss. ligni Crucis ab Episcopis transmittendas successoribus suis. — 64. Formula benedicendi et imponendi scapulare B. M. V. de Monte Carmelo. — 65. Indultum anticipandi horas matutinas pro dioecesi Labacensi. — 66. Gesetz bezüglich der Gehalte und Pensionen der theol. Professoren. — 67. Gesetz betreffend die Remunerationen und festen Bezüge der Religionslehrer an öffentlichen Volksschulen Krains. — 68. Provisorische Neu-Festigung des §. 8 der Vorschriften betreffend die Organisation des Landsturmes. — 69. Mäßigkeitsvereine. — 70. Einladung zur Einsendung des Pränumerationspreises für das „Diöcesanblatt“ pro 1889. — 71. Concurs-Verlautbarung. — 72. Chronik der Diöcese.

60.

EPISTOLA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS PAPAE XIII. AD ARCHIEP. MEDIOLANENSEM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem! — Litteris ad te, Venerabilis Frater, et ad Archiepiscopos Taurinensem et Vercellensem itemque ad Episcopos provinciarum istarum, datis die XXV ianuarii an. MDCCCLXXXII, officii Nostri duximus, vobiscum agere de quibusdam dissensionum initiis deque periculis, quae imminere videbamus, ob graves istis ipsis in provinciis exortas praesertim inter ephemeridum auctores de philosophico-theologicis Antonii Rosmini doctrinis disceptationes. Providentiae curaeque vestrae esse diximus, nihil omittere, quod ad modum aliquem animorum ardori imponendum magis aptum videretur, ne veritatis inquirendae studium in detrimentum evaderet caritatis et iustitiae. Illud etiam addebamus, satius esse, ut catholici praesertim ephemeridum scriptores ab huiusmodi questionibus tractandis abstinerent, et hanc Sedem Apostolicam de gravioribus negotiis, potissimum quae ad sanctitatem atque integritatem catholicae veritatis pertinent, pro sui officii ratione sollicitam evigilare, ea adhibita consilii maturitate in qua quemlibet catholicum virum par est conquirere.

Propositum quidem Nobis erat, iteratis quamplurimum doctorum virorum, etiam ex ordine Episcoporum, votis satisfacere, qui nempe enixis precibus postularunt, ut placeret Nobis de Antonii Rosmini scriptis cognoscere ac discernere. Enimvero Nos istiusmodi curam demandavimus Consilio Venerabilium S. R. et U. Inquisitioni praepositorum: norunt autem omnes huius Praefecturam Consilii ab ipso geri Pontifice maximo. Illi autem voluntati praeceptisque

Nostris obsequuti sunt ea, quam negotii gravitas desiderabat, prudentia et iudicii maturitate adhibita: nimirum pluribus conventibus habitis, sententias omnes, quotquot ipsis erant ad examinandum propositae, cura fuit cognoscere penitus et multa deliberatione perpendere. De iis vero quae singulis conventibus acta ac deliberata, continuo Nos, uti iusseramus, eiusdem sacri Consilii Assessor accurate fidelissimeque edocebat. Demum, die XVI decembris an. MDCCCLXXXVII fieri placuit Decretum *Post Obitum*, quo nimirum *Propositiones* quadraginta ex Antonii Rosmini operibus posthumis magnam partem depromptae, eidemque Decreto adiectae damnantur. Hoc Decretum, profecto ad doctrinam pertinens, prout est una cum *Propositionibus* supra dictis editum, plane approbavimus et Nostra confirmavimus auctoritate: illud tamen, certis de causis, non ante evulgari iussimus, quam quo evulgatum est die, scilicet VII martii an. MDCCCLXXXVIII.

Haec tibi, Venerabilis Frater, per has litteras significanda censuimus; neque enim desunt qui tueri ac persuadere verbo scriptove contendunt, quum de Decreto *Post Obitum* agitur, de decreto agi, cui refragari impune liceat: illud prope inscientibus Nobis factum, itemque latum promulgatumque sine approbatione Nostra esse.

Praeterea hac ipsa in re sacrum Inquisitionis Consilium a Pontifice maximo seiungunt ac separant: in quo sane apparet callidior quaedam tergiversatio cum suspicionibus non aequis temere coniuncta. Nos quidem propensi ad clementiam natura et officio sumus: consuevimus

etiam benevole atque amanter complecti quotquot esse prompta ad obediendum voluntate vidimus; nec facile patiemur talem in Nobis consuetudinem lenitatis exolescere, sed tamen eam, quam diximus nonnullorum agendi rationem Nobismetipsis et Apostolicae Sedi iniuriosam, non possumus non improbare vehementer. Probe cognitum Nobis est, Venerabilis Frater, haud exiguas a te curas susceptas, ut Decretum illud sincero ac prompto, uti catholicae Ecclesiae filios decet, mentis et voluntatis obsequio ab omnibus e clero populoque tuo exciperetur: dolendum tamen, hisce curis tuis non eum, quem velimus, respondisse exitum. Maiorem itaque in modum te hortamur, ut coeptis al acriter insistas, ac modis omnibus studeas quamlibet in

hoc genere causam offensionis remove. Divini autem favoris auspiciem, paternaque benevolentiae Nostrae tamquam pignus, Apostolicam benedictionem tibi, Venerabilis Frater, universaeque Archidioecesi tuae peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die I iunii anno MDCCCLXXXIX Pontificatus Nostri duodecimo.

LEO PP. XIII.

Venerabili Fratri

Aloysio Archiepiscopo Mediolanensi

Mediolanum.

61.

ALLOCUTIO SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS PPAE XIII.

HABITA IN CONSISTORIO DIE 11. FEBR. 1889.

Venerabiles Fratres! Nostis errorem sane maximum, per quem multorum animos, libertatis adipiscendae specie deceptos, sensim a Jesu Christo Ecclesiaeque secedere nostra videt aetas. Scilicet pravarum doctrinarum fructus temporibus moribusque maturati adolescent: jamque vitium est parvis magnisque civitatibus fere commune, exuere formam christianam, constituere disciplinam civilem, totamque administrare rem publicam, religione posthabita. — Tali animorum habitu Nos quidem affecti cura ac sollicitudine summa cogitare de remedio numquam intermisimus: vosque ipsi, venerabiles Fratres, testes estis, operae Nos diligentiaeque in eo plurimum ponere, ut appareat, quo sit tandem miserrimus iste a Deo discessus evasurus, et ut quotquot ad alia aberraverint, referant sese ad liberatorem suum, Unigenitum Dei, in cuius fide patrocinioque conquiescere perpetuo ac fidenter debuissent. His de causis semper studuimus cum exterarum gentium imperiis eas, quas moris est, vel confirmare necessitudines, vel conjungere. Restituere in praesentia conamur cum potentissimo Russiae imperio: neque diffidimus id, quod est in optatis, ex sententia successurum. Qua in re cogitationes curasque Nostras singulari studio ac pari benevolentia contulimus in rei catholicae apud Polonos statum: quodque ad ordinandam earum Dioecesium administrationem magnopere pertinebat, aliquot jam episcopi designati sunt. Eos ipsos renuntiare hodierna die in hoc amplissimo consessu vestro magnopere libuisset, nisi plus aliquanto temporis tota negotii perfectio desideraret.

Omnino idem iter quamquam inimicorum opera non raro impeditum, sed tamen idem iter, quantum est in Nobis, perseveranti voluntate tenebimus. Atque in hoc proposito ea Nos cogitatio confirmat, unum esse perfugium animorum, unam spem sempiternae salutis eamque certissimam, Ecclesiam catholicam: proptereaque, in hac plena dimicationum vita mortali, Nostrum est omnes homines ad Ecclesiae sinum, tamquam ex aspero mari ad portum vocare, maximeque ad confidendum caritati ejus impellere: confugientes enim ad sese semper est materno acceptura complexu, adhibendoque Evangelii lumine sanatura. — Praeterea in hanc, quae degitur, aetatem tam ancipites incubuere casus, ut fessis communibus rebus omni ope et contentione subvenire necesse sit. Urgent enim undique, quod vel his ipsis postremis diebus in Urbe vidimus, urgent populares cupiditates inflammatae ac furentes; et crescente rerum malarum audacia, in ipsa civilis societatis fundamenta impetum conantur facere. Silente religionis voce, sublatoque divinarum metu legum, quae ipsos animi motus in officio continere jubent, quaenam vis esset in civitatibus reliqua satis efficax ad propellenda pericula? In hoc igitur, quod datur opera revocandis illuc hominibus, ubi praecepta virtutum ac principia conservandi ordinis incorrupta vigent, verissimo afficitur beneficio respublica, egregieque de salute communi meretur.

Sed est et aliud considerandum, quod opportunitatem habet singularem. Nimirum si contigit unquam alias, ut pacatae res concordii populorum voto expeterentur, certe

expetuntur maxime hoc tempore, cum in ore est omnium pax, tranquillitas, otium. Testantur summi principes, et quotquot per Europam res publicas gerunt, hoc se velle conarique unice, pacis beneficia tueri: idque valde assentientibus cunctis civitatum ordinibus, quia revera quotidie magis apparet bellorum populare fastidium. Honestissimum fastidium, si quod aliud: nam certare armis potest esse quandoque necessarium, numquam tamen vacat magna mole calamitatum. Quanto autem calamitosius hodie futurum in tanta copiarum magnitudine, tam longe provecta rei militaris scientia, tam multiplici ad internecionem instrumento? Quae quoties cogitamus, magis ac magis caritate accendimur gentium christianarum, earumque caussa non possumus non suspenso animo impendentes formidines pertimescere. Nihil est igitur tanti, quanti ab Europa periculum belli prohiberi: ita quidem ut, quidquid in hanc causam confertur operae, in salutem publicam conferri judicandum sit. — Verumtamen ad fiduciam rerum tranquillarum, parum est cupere, neque satis inest in mera voluntate praesidii. Similique modo ingentes copiae et vis infinita bellici apparatus hostilem impetum continere, ne erumpat, aliquandiu possunt, quietem parere securam et stabilem non possunt. Immo vero districta minaciter arma ad alendas sunt, quam ad tollendas simultates ac suspiciones aptiora: percellunt animos sollicita expectatione rerum futurarum, atque illud nominatim pariunt incommodi, ut in cervicibus populorum imponantur onera, incertum saepe utrum tolerabilia bello. — Itaque quaerenda paci fundamenta sunt et firmiora et coniunctiora naturae: propterea quod jus suum vi armisque defendere concessum est non repugnante natura: sed illud natura non patitur, vim esse juris efficientem causam. Quoniam pax tranquillitate ordinis continetur, consequens est ut quemadmodum privatorum ita et imperiorum concordia in justitia maxime et caritate nitatur. Violare neminem, alieni juris vereri sanctitatem, colere fidem benevolentiamque mutuam, perspicuum est vincula concordiae esse firmissima atque immutabilia, quorum adeo pollet virtus, ut vel semina inimiciarum atque aemulationis nulla esse patiatur. Jamvero utriusque virtutis parentem et custodem Deus esse jussit Ecclesiam suam: quae ideo nihil habuit, neque est habitura sanctius, quam conservare justitiae caritatisque leges, propagare, tueri. Hoc proposito terras omnes Ecclesia peragravit: dubiumque est nemini, quin barbaras gentes, iniecto amore justitiae mitigatas, ab immanitate studiorum bellicorum ad pacis artes humanitatemque traduxerit. Tenues, potentes, qui parent qui imperant, aequae omnes jubet servare justitiam, nec quiequam pro injuria contendere. Ipsa est, quae

populos universos, quantumvis vel locis dissitos, vel genere differentes, necessitudine et caritate fraterna conjunxit. Ac probe memor legum atque exemplorum divini auctoris sui, qui *rex pacificus* appellari voluit, cujus ipsum natalem caelestia pacis praeconia nunciavere, quiescere vult homines in pulchritudine pacis, ac multa prece studet contendere a Deo, ut belli discrimina a capite fortunisque populorum defendat. Quamdiu autem et opus fuit et per tempora lieuit, nulla in re libentius, interposita auctoritate sua, laboravit, quam in reconcilianda concordia regnisque pacandis.

His rationibus caussisque maximis et sanctissimis in omni consilio Nostro movemur, venerabiles Fratres, hisque paremus. Quoscumque tempora casus invexerint, qualiacumque hominum vel judicia futura sint vel acta, ad eandem normam dirigetur omnis actio Nostra: ab hac via certum est non discedere. Ad extremum, de incolunitate pacis si mereri alia ratione non lieuerit, certe perseverabimus ad Eum, nemine prohibente, confugere, qui potest voluntates hominum, unde vult, torquere, quo vult, inflectere; enixeque precabimur, ut depulso omni bellorum metu, ac debito rerum ordine benignitate sua restituto, veris eisdemque stabilibus firmamentis Europa quiescat.

Ceterum, venerabiles Fratres, priusquam veniamus ad novas Episcoporum cooptationes, adlecturi in perhonorificum Ordinem vestrum sumus tres viros, quorum non ignota vobis ornamenta animi: nimirum Josephum Benedictum Dusmet ex Ordine Benedictinorum Cassinensium, Archiepiscopum Cataniensem, dignis episcopo virtutibus, maximeque prudentia et caritate spectatum: Josephum D'Annibale Episcopum Tit. Charystiensem, S. R. et U. Inquisitionis Assessorem, probitate, modestia, doctrinae copia clarum: Aloisium Macchi Domus Nostrae Pontificalis Praepositum, morum integritate probatum, variisque muneribus atque honoribus nitide functum.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra creamus et publicamus S. R. E. Cardinales ex Ordine Presbyterorum

Josephum Benedictum Dusmet

Josephum D'Annibale:

Ex ordine Diaconorum

Aloisium Macchi.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. In Nomine Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti. Amen.

ALLOCUTIO SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS PAPAE XIII.

HABITA IN CONSISTORIO DIE 24. MAII 1889.

Venerabiles Fratres! Amplissimum Collegium vestrum itemque ordinem Episcoporum hodierna die suppleturi, valde velimus pacatiore vos laetioresque animo affari, nihilque in hunc locum, nisi quod audire liberet, afferre. — At vero qui possumus in tam aspero laboriosoque statu? Circumstant, ut videtis, mala atque incommoda eadem quae undeviginti ante annis, capta Urbe, consecuta sunt: imo evasere diuturnitate graviora, nec apparet, quem sint habitura modum, si voluntas inimicorum spectetur, quibus longo successu crevisse animos, nimis acerbe experimur. — Testes estis, Venerabiles Fratres, quali res ferantur cursu, quanta sit in Pontifice violando ex una parte audacia, ex altera impunitas. Neque dubium est quae consilia agitentur: erumpunt enim undique, et multiplici factorum testimonio convincuntur. Scilicet adversus instituta christiana acerbiores quotidie exercentur inimicitiae, constricta romani Pontificis oppressaque libertate. Idcirco contra sacram Sedis Apostolicae potestatem incitari opinionem popularem, invidiamque multitudinis quotidiana dictorum petulantia impune inflammari videmus. — Iamque huc ventum est, ut in hac ipsa urbe, in conspectu prope Nostro impietati liceat religionem Iesu Christi insigni eademque perenni iniuria lacessere, honoribus virtuti debitis desertori catholici nominis non sine insolenti ostentatione decretis.

His de causis catholicos ex omnibus terris assidua quaedam tenet, velut fixa in pectore, sollicitudo. Neque enim possunt aut ferre leviter parentis publici indignam conditionem, aut libertatem augustissimi ministerii non curare in Episcopo animarum suarum. — Consolari Nos pietate mirabili maximoque studio numquam intermittunt: novissimo autem tempore, cum ex variis Europae partibus in civitates principes summa voluntate convenissent, utilia rebus communibus consilia inter se collaturi, nostis quantam partem cogitationum et curarum suarum Sedi Apostolicae tribuerint. Iamvero quod censuerunt, ad custodiendam apostolici muneris in Pontifice libertatem civili principatu esse opus, sententias suas ad exemplum doctrinasque Sedis Apostolicae, ut aequum erat, conformarunt. Quod autem enitendum sibi omni ratione legitima decreverunt, ut re ipsa Pontifex in libertatem debitam restituatur, iure suo usi, sunt causae iustissimae, quae catholicorum omnium

communis putanda est, tutelâ suscepta. — Pro qua causa Nos quidem maxime et ante alios, ut debemus, diu propugnamus, ab eaque vindicanda, ita adsit propitius Deus, nec longinquitas temporis Nos, neque ulla difficultatum magnitudo deterrebit.

Iam, ut propositum exsequamur, adlegere in Collegium vestrum decrevimus Episcopos aliquot ex Gallia, Belgio, Bohemia, pietate doctrinâque commendatos, qui in sua quisque Dioecesi administranda luculentum virtutum episcopalium dedere specimen: item duos Antistites Urbanos, qui per varios munerum gradus laudabilem operam Sedi Apostolicae diu navarunt. Hi autem sunt

Franciscus Maria Richard, Archiepiscopus Parisiensis,

Iosephus Alfredus Foulon, Archiepiscopus Lugdunensis,

Amatus Victor Guilbert, Archiepiscopus Burdigalensis,

Petrus Lambertus Goossens, Archiepiscopus Mechliniensis,

Franciscus Paullanus Schönborn, Archiepiscopus Pragensis,

Achilles Apolloni, Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecamerarius,

Caietanus de Ruggiero, Praefectus Operum Vaticanorum.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Cardinales

Ex Ordine Presbyterorum

Franciscum Mariam Richard,

Iosephum Alfredum Foulon,

Amatum Victorem Guilbert,

Petrum Lambertum Goossens,

Franciscum Paullanum Schönborn.

Ex Ordine Diaconorum

Achillem Apolloni,

Caietanum de Ruggiero.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. In Nomine Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti. Amen.

Litterae S. Congregationis S. R. U. Inquisitionis,

quibus praecipitur Episcopis, ut successoribus suis transmittant particulas ss. ligni Crucis, quas thecis inclusas pectore prae se suspensas ferunt.

Illme et Rme Domine.

Cum reliquiae sanctissimae Crucis in dies rariores fiant ac merito timendum sit, ne paulatim non facile suppetant, quae ipsis Episcopis, veluti proprium suae dignitatis gestamen, rite tradantur; ex iussu sanctissimi D. N. Leonis XIII. Reverendissimis Episcopis enixe commendatum volumus, ut ss. ligni particulas, quas thecis inclusas pectore prae se suspensas ferunt, Successoribus suis transmittendas curent, adeo ut post ipsorum mortem, (studio et opera Capituli Cathedralis, vel eius qui, vacante Sede, Episcopi vices gesserit) ad hos perveniant legitimo haereditatis iure. Quo pacto, novis Episcopis nulla erit necessitas alias non sine difficultate aliunde quaerere, sed omnes tanquam sibi et officio suo addictas et destinatas in promptu paratas habebunt, ceteris, qui sequentur, suo tempore transmittendas.

Quod de Crucis dumtaxat reliquiis intelligendum est. Nam de thecis ex pretioso metallo in Crucis formam

affabre factis, statuent, quod opportunius videbitur: quae, cum demptae fuerint ss. ligni particulae, donari, legari, quibus placebit, ac per privatos haeredes distrahi, vendi, remota quavis indecorae aut profanae negotiationis specie, libere poterunt. Sunt enim pretio aestimabiles.

Non dubito, Illme Domine, quin huic aequissimo providentissimi Pontificis desiderio ea qua par est cura et diligentia sis obsecuturus.

Interim, omnia Tibi a Deo et a Virgine Matre fausta ex intimo corde adprecans, me tuis precibus praecipue commendo.

Amplitudinis Tuae,

Romae, ex Aedibus Vicariatus, in Solemniis Annuntiationis Deiparae, die 25. Martii 1889.

Uti Frater

L. M. CARD. VICARIUS.

Ex S. Rituum Congregatione.

Formula benedicendi et imponendi scapulare B. M. V. de Monte Carmelo ab omnibus adhibenda sacerdotibus facultatem habentibus adscribendi Christifideles Confraternitati eiusdem Scapularis.

Ÿ. Ostende nobis D.ne misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

Ÿ. D.ne exaudi etc. . . . Ÿ. D.nus vobiscum.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, humani generis Salvator, hunc habitum quem propter tuum tuaeque Genitricis Virginis Mariae de Monte Carmelo amorem servus tuus devote est delaturus, dextera tua sanctifica, ut eadem Genitrice tua intercedente, ab hoste maligno defensus in tua gratia usque ad mortem perseveret: Qui vivis.

Deinde aspergat aqua benedicta habitum et postea ipsum imponat dicens:

Accipe hunc habitum benedictum precans Sanctissimam Virginem, ut eius meritis illum perferas sine macula, et te ab omni adversitate defendat atque ad vitam perducatur aeternam. Amen.

Deinde dicat:

Ego, ex potestate mihi concessa, recipio te ad participationem omnium bonorum spiritualium, quae, cooperante misericordia Iesu Christi, a Religiosis de Monte Carmelo peraguntur. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Benedicat te Conditor coeli et terrae Deus omnipotens, qui te cooptare dignatus est in confraternitatem B. Mariae V. De Monte Carmelo, quam exoramus, ut in hora obitus tui, conterat caput serpentis antiqui; atque palmam et coronam sempiternam haereditatis tandem consequaris. Per Christum D. N. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

(L.†S.) A. Card. BIANCHI S. R. C. Praefectus.

Ex Decret. S. R. C. diei 24 Iulii 1888.

Laurentius Salvati S. R. C. Secretarius.

Indultum anticipandi horas matutinas.

Beatissime Pater!

Dignata est Sanctitas Vestra rescripto S. Congregationis Concilii diei 17. Novembris 1884 impertiri pro dioecesi Labacensi indultum anticipandi horas matutinas ab hora secunda pomeridiana diei antecedentis. Quod indultum quum quinquennio circumscriptum fuerit, supplex adstat Episcopus Labacensis pro benigna prorogatione, iisdem adhuc perdurantibus causis.

Die 12. Novembris 1889 Sanctissimus Dominus Noster audita relatione Secretarii S. Congregationis Concilii, petitam prorogationem ad aliud quinquennium tantum, servata forma praecedentis indulti, Episcopo Oratori benigne impertitus est.

A. Card. Episc. Sab., *Praefectus.*

Gesetz vom 1. Mai 1889,

betreffend die Bezüge und Pensionsbehandlung des systemisirten Lehrpersonales an den römisch-katholischen und griechisch-katholischen theologischen Diöcesan-Lehranstalten und den theologischen Central-Lehranstalten zu Görz und Zara.

Das R.-G.-Bl. vom 9. Mai 1889, XXXVIII. Stück, Nr. 68, enthält das nachstehende Gesetz:

Mit Zustimmung beider Häuser des Reichsrathes finde Ich anzuordnen, wie folgt:

§ 1. Der Jahresgehalt der Professoren, welche an den römisch-katholischen und griechisch-katholischen theologischen Diöcesan-Lehranstalten und den theologischen Central-Lehranstalten in Görz und Zara eine mit staatlicher Zustimmung systemisirte Stelle innehaben, wird mit 1000 fl. ö. W. festgesetzt.

Außerdem gebührt jedem Professor dieser Lehranstalten eine Activitätszulage jährlicher 200 Gulden ö. W., welche jedoch, wenn der betreffende Professor in dem Genusse eines Naturalquartieres steht, nur mit der Hälfte zu erfolgen ist.

§ 2. Der im § 1 festgesetzte Gehalt eines Professors wird nach je fünf Jahren, die dieser sei es vor, sei es nach Wirksamkeit dieses Gesetzes als Professor an den erwähnten theologischen Lehranstalten zurückgelegt hat, bis einschließlich zum fünfundsingzigsten Jahre dieser Dienstleistung um je 200 Gulden ö. W. erhöht.

§ 3. Die im § 1 erwähnten Professoren, welche über die im Einvernehmen mit der staatlichen Kultusbehörde zu treffende Verfügung des Bischofs, jedoch

nicht infolge Dienstesentzagung, oder infolge Entziehung der Sendung zum Lehramte aus demselben ausscheiden und zu einer Verwendung in der Seelsorge oder einem anderen kirchlichen Amte unfähig erscheinen, sind nach Maßgabe der Länge ihrer anrechenbaren Dienstzeit mit einem Ruhegenusse zu theilen.

Die Ruhegenüsse sind nach einer anrechenbaren Dienstzeit vom vollstreckten 10. bis 15. Jahre mit $\frac{1}{3}$, vom vollstreckten 15. bis 20. Jahre mit $\frac{3}{8}$, vom vollstreckten 20. bis 25. Jahre mit $\frac{4}{8}$, vom vollstreckten 25. bis 30. Jahre mit $\frac{5}{8}$, vom vollstreckten 30. bis 35. Jahre mit $\frac{6}{8}$, vom vollstreckten 35. bis 40. Jahre mit $\frac{7}{8}$ der zur Bemessung des Ruhegenusses anrechenbaren Bezüge, nämlich des Jahresgehaltes und der Quinquennalzulagen, nach 40jähriger Dienstzeit aber in der vollen Höhe dieser Bezüge zu bemessen.

Diejenigen Professoren, welche eine anrechenbare Dienstzeit von zehn Jahren noch nicht vollstreckt haben und zu jeder anderweitigen kirchlichen Verwendung unfähig erscheinen, sind rücksichtlich ihres Ruhegenusses selbständigen Seelsorgern im Sinne des § 6 des Gesetzes vom 19. April 1885 (R.-G.-Bl. Nr. 47) und des Schemas II. zu diesem Gesetze gleichzuhalten.

Vor dem Antritte einer systemisirten Lehrstelle an einer dieser theologischen Lehranstalten in der Seelsorge oder einem anderen kirchlichen Amte zugebrachte Dienstjahre werden bei Bemessung des Ruhegenusses eines systemisirten Professors dieser Lehranstalten in der Weise in Anschlag gebracht, daß vier in der Seelsorge zugebrachte Dienstjahre als drei Lehramtsdienstjahre angenommen werden.

Tritt ein Professor dieser Lehranstalten in die Seelsorge über, so verliert er zwar jeden Anspruch auf einen Ruhegenuß im Sinne der vorstehenden Bestimmungen, es sind aber bei Bemessung seines Ruhegehaltes nach § 6 des Gesetzes vom 19. April 1885 (R.-G.-Bl. Nr. 47), beziehungsweise dem Schema II. zu diesem Gesetze, je drei der im Lehramte zugebrachten Dienstjahre als vier Seelsorgedienstjahre in Anschlag zu bringen.

Erlangt ein im Ruhestande befindlicher Professor ein dotirtes kirchliches Amt, so erlischt sein Anspruch auf den Ruhegehalt.

§ 4. Die Regulirung der Gebühren für Supplirungen an diesen theologischen Lehranstalten hat im Verordnungswege zu erfolgen.

§ 5. Für den aus gegenwärtigem Gesetze entstehenden Aufwand haben zunächst die für einzelne dieser theologischen Lehranstalten bestehenden Fonds und sonstige hiezu gewidmete kirchliche Mittel aufzukommen.

Der hiedurch nicht bedeckte Rest dieses Aufwandes fällt dem Religionsfonde zur Last.

§ 6. Dieses Gesetz hat mit 1. October 1889 in Wirksamkeit zu treten.

Mit diesem Zeitpunkte sind die gesammten dormaligen Bezüge an Gehalten, Personal- und Theuerungszulagen u. s. w. unterschiedslos einzustellen.

§ 7. Mit dem Vollzuge dieses Gesetzes sind Mein Minister für Cultus und Unterricht und Mein Finanzminister beauftragt.

67.

Gesetz vom 5. December 1889,

mit welchem auf Grund des Gesetzes vom 17. Juni 1888, R.-G.-B. Nr. 99, Bestimmungen über die Besorgung und Entlohnung des Religionsunterrichtes an den öffentlichen Volksschulen getroffen werden.

(Wirksam für das Herzogthum Krain.)

Mit Zustimmung des Landtages Meines Herzogthumes Krain finde Ich anzuordnen, wie folgt:

§ 1. Eigene Religionslehrer an den öffentlichen Volksschulen werden entweder mit Remunerationen oder mit festen Bezügen angestellt.

Mit festen Bezügen kann ein eigener Religionslehrer nur dann angestellt werden, wenn der von ihm zu ertheilende Religionsunterricht mindestens zwanzig wöchentliche Stunden in Anspruch nimmt.

§ 2. Der mit festen Bezügen angestellte eigene Religionslehrer ist bis zu vierundzwanzig Unterrichtsstunden wöchentlich verpflichtet.

Ergörten werden in diese, sowie in die im § 1 angeführte Stundenzahl mit je zwei Stunden eingerechnet.

§ 3. Der eigene Religionslehrer mit festen Bezügen wird an einer bestimmten Schule angestellt; derselbe kann jedoch verpflichtet werden, die Ertheilung des Religionsunterrichtes auch an anderen öffentlichen Volksschulen bis zu der im § 2 bezeichneten Zahl wöchentlicher Unterrichtsstunden unentgeltlich zu übernehmen.

§ 4. Die Lehrverpflichtung und Dienststellung der mit Remuneration angestellten eigenen Religionslehrer werden von Fall zu Fall durch das Bestallungsdecret bestimmt.

§ 5. Ueber die Systemisirung der Stelle eines eigenen Religionslehrers, sowie darüber, ob der eigene Religionslehrer mit einer Remuneration oder mit festen Bezügen anzustellen ist, an welchen Schulen und mit

welcher Zahl wöchentlicher Stunden an jeder der Schulen derselbe den Religionsunterricht zu erteilen hat, entscheidet mit Festhaltung der voranstehenden Bestimmungen die Landeschulbehörde nach Anhörung der Bezirksschulbehörde und Einvernehmung der betreffenden confessionellen Oberbehörde, sowie des Landesauschusses.

§ 6. Die festen Bezüge der eigenen Religionslehrer werden durch die Vorschriften geregelt, welche für das Dienst Einkommen der weltlichen Lehrer der betreffenden Schule und für die Versetzung dieser Lehrer in den Ruhestand, sowie die Versorgung ihrer Hinterbliebenen bestehen.

In Bezug auf die Pension wird den definitiv angestellten eigenen Religionslehrern auch die in provisorischer Anstellung zurückgelegte Dienstzeit angerechnet, wenn sie sich ohne Unterbrechung an die in definitiver Anstellung zugebrachte Dienstzeit anreicht.

§ 7. Die Remunerationen für die eigenen Religionslehrer, dann für die Ertheilung des Religionsunterrichtes durch Seelsorger und durch die weltlichen Lehrer, sowie die anlässlich der Ertheilung des Religionsunterrichtes außerhalb des Wohnortes des Religionslehrers zu gewährenden Wegentschädigungen werden von der Landeschulbehörde von Fall zu Fall

nach Anhörung der Bezirksschulbehörde nach einem mit dem Landesauschusse vereinbarten Maßstabe bemessen.

Wird eine Einigung zwischen der Landeschulbehörde und dem Landesauschusse nicht erzielt, bestimmt den Maßstab der Unterrichts-Minister.

§ 8. Die nach den obigen Bestimmungen gewährten Remunerationen und Wegentschädigungen sind, wenn nicht eigene Fonde, Stiftungen oder Verpflichtungen einzelner Personen oder Corporationen bestehen, aus denjenigen Mitteln zu bestreiten, auf welche die Dienstbezüge des weltlichen Lehrpersonales gewiesen sind.

§ 9. Dieses Gesetz tritt mit Beginn des auf die Kundmachung nächstfolgenden Solarjahres in Wirksamkeit. Mit diesem Zeitpunkte treten zugleich die mit diesem Gesetze nicht im Einklange stehenden Bestimmungen der bisherigen einschlägigen Vorschriften außer Kraft.

§ 10. Mein Minister für Cultus und Unterricht ist mit der Durchführung dieses Gesetzes beauftragt.

Wien, den 5. December 1889.

Franz Josef m. p.

Gautsch m. p.

Provisorische Neu-Textirung des § 8

der „Vorschriften betreffend die Organisation des Landsturmes.“

(Nr. 5, R.-G.-Bl. ex 1887.)

Verzeichnung der in das landsturmpflichtige Alter tretenden Jünglinge.

20. „Zum Zwecke der Verzeichnung der in das landsturmpflichtige Alter tretenden Jünglinge sind von den amtlich bestellten Matrikelführern alljährlich die Auszüge aus den Tauf-, (Geburts-), beziehungsweise Sterbe-Matrikeln über alle in der Gemeinde geborenen oder verstorbenen Personen männlichen Geschlechtes, welche in dem auf die Verfassung dieser Auszüge folgenden gregorianischen Kalenderjahre das 19. Lebensjahr vollenden, beziehungsweise vollendet haben würden,

nach den Bestimmungen des § 15, 1, 2 und 3 der Wehrvorschriften, 1. Theil zu verfassen und bis Ende October jeden Jahres an die betreffenden Gemeindevorstehungen zu übergeben. Diese Matrikel-Auszüge sind im Monate August desjenigen Jahres, welches dem Eintritte der Verzeichneten in die stellungspflichtige 1. Altersklasse vorangeht, d. i. im zweitnächsten Jahre den Matrikelführern zurückzustellen.

21. Die zur Matrikelführung berufenen Militär-Seelsorger verfassen nach den Bestimmungen desselben Paragraphen, Punkt 4 alljährlich Matrikel-Auszüge

über die im künftigen Jahre in das landsturmpflichtige Alter gelangenden Jünglinge und legen dieselben dem Militär-Territorial-Commando vor, von welchem im Wege der Ergänzungs-Bezirks-Commanden und der politischen Bezirksbehörden Auszüge an die Gemeindevorstellungen geleitet werden.

22. Für die alljährliche Verzeichnung der in das landsturmpflichtige Alter von 19 Jahren tretenden Jünglinge finden im Allgemeinen die Bestimmungen der §§ 18, 24, 25, 28, 29, 30 und 31 der Wehrvorschriften I. Theil (über die Verzeichnung der Wehrpflichtigen) sinngemäße Anwendung, nur kommt zu beachten, daß den in das landsturmpflichtige Alter tretenden Jünglingen die Selbstmeldung zur Verzeichnung bis auf Weiteres nicht obliegt und daß Gesuche um Begünstigungen in der Erfüllung der Dienstpflicht oder Landsturmpflicht bei der Verzeichnung der Landsturmpflichtigen nicht in Betracht kommen.

Im Uebrigen haben die Gemeindevorstellungen hinsichtlich der Vorarbeiten für die Verzeichnung der in das landsturmpflichtige Alter tretenden Jünglinge in gleicher Weise, wie bei den Vorarbeiten zur Stellung vorzugehen, insbesondere sind auf Grundlage der Matrikelauszüge und der Erhebungs-Resultate drei abgeordnete Verzeichnisse über die in der Gemeinde heimatsberechtigten, dann über die fremden Landsturmpflichtigen und über die gänzlich Unbekannten, sinngemäß nach den Mustern 6, 7 und 8 der Vorschriften I. Theil *) zu verfassen und diese Verzeichnisse

*) Bei den Mustern 6 und 7 der Wehrvorschriften I. Theil kommen nur die Aufschriften sinngemäß in Bezug auf den Zweck für die Verzeichnung der in das landsturmpflichtige Alter tretenden Jünglinge, richtig zu stellen, dann ist statt „Stellungspflichtigen“ immer „Landsturmpflichtigen“ zu setzen, während im Muster 6 die Rubriken, welche die Altersklassen und die Anmeldung (13) der Stellungspflichtigen betreffen, so wie im Muster 7 die Rubriken 14 und 15 und die Unterbrechung der Abgrenzungsfläche der Rubriken entfallen, beziehungsweise leer bleiben.

mit allen Behelfen der politischen Bezirks-Behörde längstens bis 10. December vorzulegen.

Den politischen Bezirks-Behörden obliegt es diese Verzeichnisse zu prüfen und zu vervollständigen, die Auszüge über die fremden Landsturmpflichtigen den betreffenden heimatischen (zuständigen) politischen Bezirks-Behörden sofort zu übermitteln und die öffentliche Auflage der berichtigten Verzeichnisse über die heimatsberechtigten Landsturmpflichtigen, eventuell auch jener über die gänzlich Unbekannten in der Gemeinde, im Monate Jänner durch acht Tage zu veranlassen, beziehungsweise die geeigneten Vorkehrungen zum Zwecke der weiteren Richtigstellung dieser Verzeichnisse zu treffen.

Mit 1. Februar haben die Gemeindevorstellungen diese Verzeichnisse sammt den Erhebungsbehelfen der politischen Bezirks-Behörde zur endgiltigen Feststellung neuerlich vorzulegen, welche dieselben nach erfolgter Ergänzung und Richtigstellung, behufs Uebertragung der Verzeichneten als jüngsten Jahrgang in die Sturmrolle, bis längstens 15. Februar den Gemeindevorstellungen zurückstellen.“

Hievon werden die Herren Matrikelführer zur Benehmungswissenschaft in die Kenntniß gesetzt. Zugleich wird denselben in Folge einer wiederholten Beschwerde-Zuschrift der k. k. Landesregierung für Krain vom 18. November 1889, Nr. 12736, der § 7, Punkt 17 der Ministerial-Berordnung vom 19. Jänner 1887 (Diöcesanblatt de 1887, Nr. III., pag. 37), sowie der Ordinariats-Erlass vom 24. April 1889 (Diöcesanblatt de 1889, Nr. V, pag. 50) mit der Weisung in Erinnerung gebracht, jeden einzelnen Sterbefall von Landsturmpflichtigen unverzüglich der betreffenden k. k. Bezirkshauptmannschaft zur Anzeige zu bringen.

Mäßigkeits - Vereine.

In den vier Pfarren: St. Jakob an der Save, im Decanate Laibach; Stara Loka, im Decanate Loka; Rateče, im Decanate Radovljica und Javorje, im Decanate Litija

sind Mäßigkeits-Vereine ins Leben getreten, welche hiemit als canonisch errichtet erklärt werden.

Diese vier Vereine haben zur Gewinnung des vollkommeneu Ablasses das Fest der Unbefleckten Empfängniß

Mariens (8. December), und zur Gewinnung des Ablasses von 7 Jahren und 7 Quadragenen das Fest des hl. Joseph (19. März) und die ersten drei Quatember-Sonntage des Jahres gewählt.

Die canonische Errichtung dieser Mäßigkeits-Bereine ist im resp. Verzeichnisse der Vereins-Mitglieder in der, in dem Diöcesanblatte VIII, S. 87 de 1887, mitgetheilten Form anzumerken.

70.

Einladung zur Einsendung des Pränumerationspreises für das „Diöcesanblatt“ pro 1889.

Den etwa noch ausständigen Pränumerationspreis für das Laibacher Diöcesanblatt und den Anhang für das laufende Jahr 1889 im Betrage pr. 3 fl. wollen die P. T. Herren

Abonnetten mittels Postanweisung an die fürstbischöfliche Ordinariats-Kanzlei einsenden.

71.

Concurs-Verlautbarung.

Die erledigte bisthümliche Collations-Pfarre Hoteder-sica, im Decanate Vrhnika, wird zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche darum sind an das Hochwürdigste fürstbischöfliche Ordinariat in Laibach zu stylisiren.

Die Pfarre Bela Cerkev, im Decanate Novo Mesto, welche dem Patronate der Religionsfonds-Domäne Sittich untersteht, ist durch Todfall; die Pfarre Rudnik, im Decanate Laibach, aber durch Beförderung in Erledigung gekommen.

Die Gesuche um diese zwei Pfarren sind an die hohe k. k. Landesregierung in Laibach zu richten.

Endlich wird noch die dem Domkapitel l. f. Stiftung in Laibach incorporirte, durch Todfall erledigte Pfarre Dob, im Decanate Kamnik, zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche um diese Pfarre sind an das hochwürdige Domkapitel l. f. Stiftung in Laibach zu stylisiren.

Peremptorischer Competenztermin 26. Jänner 1890.

72.

Chronik der Diöcese.

Die canonische Investitur erhielten die zwei Herren: Jakob Tomelj, Pfarrer in Ambrus, auf die Pfarre Čemšenik, am 5. December, und Josef Lavrič, Pfarrcooperator in Žiri, auf die Pfarre Ambrus, am 18. December 1889.

Dem Herrn Gregor Jakelj, Pfarrer in Rudnik, wurde die Pfarre Goriče, und dem Pfarrer von Nesselthal, Herrn Karl Jančigar die Pfarre Doherniče verliehen.

Herr Karl Kurent, Pfarradministrator in Črni Vrh ob Billichgraz, wurde in gleicher Eigenschaft nach Podlipa und Herr Josef Porubski, Pfarrprovisor in Unter-Lag, als solcher nach Nesselthal übersezt; Herr Franz Zorec, Pfarrcooperator in Trebelno, aber zum Administrator der Pfarre Črni Vrh bestellt.

Versezt wurden die Herren: Johann Volk, Pfarrcooperator in Čemšenik, als solcher nach Trebelno; Franz Pavlin, Pfarrcooperator und Beneficiat in Kropa, als Pfarrcooperator nach Kamna Gorica, und Johann Oblak, Pfarrcooperator in Skofja Loka, als solcher nach Žiri.

Gestorben sind die Herren: Mathias Videmšek, Pfarrer in Bela Cerkev, am 15. November; Lorenz Oblak, Pfarrcooperator in Moravče, am 29. November, und Leopold Albrecht, Pfarrer in Dob, am 10. December 1889. — Dieselben werden dem Gebete des hochw. Diöcesan-Clerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 14. December 1889.